



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta
Complectens Primam Secundæ, & Secundam Secundæ Summæ
Theologiæ

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Venetiis, 1593

Qvaestio XXII. De paßionibus animæ in generali.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72759](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72759)

ita quae sunt, adducet Dens in iudiciu suae bonum, siue malum: sed iudicium importat retributione, respectu cuius meritum, vel demeritum dicitur. ergo omnis actus hominis bonus, vel malus habet rationem meriti, vel demeriti apud Deum.

Art. 3.

Respondeo. Dicendum, quod sicut dictum est, actus alicuius hominis habet rationem meriti, vel demeriti, secundum quod ordinatur ad alterum, vel ratione eius, vel ratione cuius: utroque autem modo actus nostri boni, vel mali habent rationem meriti, vel demeriti apud Deum. Ratione quidem ipsius, in quantum est ultimus hominis finis: est autem debitum, ut ad finem ultimum omnes actus referantur, ut supra habitum est. unde qui facit actum malum non referibilem in Deum, non servat honorem Dei, qui ultimo fini debetur. Ex parte vero totius civitatis universi, quia in qualibet civitate ille, qui regit civitatem, praecipue habet curam boni civis: unde ad eum pertinet retribuere pro his, quae bene, vel male fiunt in civitate. Est autem Deus gubernator, & rector totius universi, sicut in primo habitum est: & specialiter rationabilium creaturarum. Unde manifestum est, quod actus humani habent rationem meriti, vel demeriti per comparationem ad ipsum: alioquin sequeretur, quod Deus non haberet curam de actibus humanis.

q. 19. ar. 10.

q. 10. ar. 6.

q. 10. ar. 3.

Ad primum ergo dicendum, quod per actum hominis, Deo secundum se nihil potest accrescere, vel deperire: sed tamen homo, quantum in se est, aliquid subtrahit Deo, vel ei exhibet, cum servat, vel non servat ordinem, quem Deus instituit.

Ad secundum dicendum, quod homo sic movetur a Deo, ut instrumentum, quod tamen non excludit quin moveat seipsum per liberum arbitrium, ut ex supradictis patet: & ideo per suum actum meretur, vel demeretur apud Deum.

Ad tertium dicendum, quod homo non ordinatur ad civitatem politicam secundum se totum, & secundum omnia sua, & ideo non oportet, quod quilibet actus eius sit meritorius, vel demeritorius per ordinem ad civitatem politicam. Sed totum quod homo est, & quod potest, & habet, ordinandum est ad Deum: & ideo omnis actus hominis bonus, vel malus habet rationem meriti, vel demeriti apud Deum, quantum est ex ipsa ratione actus.

QVAESTIO XXII.

De subiecto passionum animae, in tres articulos divisa.

Super Quaestio vigesima secunda articulum primum.

Circa rationem passionis magis proprie assignanda in articulo 22. quod dubium occurrit: quia cum omnis passio animae, de qua est sermo, sit cum aliqua dispositione intransmutabilem corporali (quoniam oportet motum cordis a naturali suo motu aliquo modo recedere) sequitur, quod omnis passio est de transmutatione in deterius, & nulla sit in melius.

Ad hoc dicitur, quod absolute loquendo, concedendum est, quod omnis passio animae est cum aliqua pre-

ost hoc considerandum est de passionibus animae. Et primo, in generali. Secundo, in speciali.

In generali autem quatuor occurrunt circa eas consideranda. Primo, quidem de subiecto earum. Secundo, de differentia earum. Tertio, de comparatione earum ad invicem. Quarto, de malitia, & bonitate ipsarum.

Circa primum quaeruntur tria. Primo, Vtrum aliqua passio sit in anima.

Secundo, Vtrum magis in parte appetitiva, quam in apprehensiva.

Tertio, Vtrum magis sit in appetitu sensitivo, quam intellectivo, qui dicitur voluntas.

ARTICULUS PRIMVS.

Vtrum aliqua passio sit in anima.

Ad primum sic proceditur.

¶ 1. Vtrum nulla passio sit in anima. Pati. n. est proprium materiae: sed anima non est composita ex materia, & forma, ut in primo habitum est. ergo nulla passio est in anima.

¶ 2. Praet. Passio est motus, ut dicitur in 3. Phys. sed anima non movetur, ut probatur in 1. de Anima. ergo passio non est in anima.

¶ 3. Praet. Passio est via in corruptionem, nam omnis passio magis facta, abijcit a substantia, ut dicitur in lib. 8. Topicorum, sed anima est incorruptibilis. ergo nulla passio est in anima.

Sed contra est, quod Apostolus dicit ad Romanos 7. Cum essemus in carne, passionibus peccatorum, quae per legem erant, operabatur in membris nostris, peccata autem sunt propria in anima. ergo, & passionibus, quae sunt peccatorum, sunt in anima.

Respondeo. Dicendum, quod pati dicitur tripliciter. Vno modo committere, secundum quod omne recipere est pati, et si nihil abijciatur a re, sicut si dicatur aerem pati, quoniam illuminatur, hoc autem magis est perfici, quam pati. Alio modo dicitur proprie pati, quoniam aliquid recipitur cum abiectione, sed hoc contingit dupliciter.

Quandoque, nam abijciatur id, quod non est conveniens rei: sicut cum corpus animalis sanatur, dicitur pati, quia recipit sanitatem aegritudine abiecta. Alio modo, quoniam econverso contingit, sicut aegrotare dicitur pati, quia recipitur infirmitas a sanitate abiecta, & hic est proprius modus passionis.

Nam pati dicitur ex eo, quod aliquid trahitur ad agentem, quod autem recedit ab eo, quod est sibi conveniens, maxime versus aliud trahi. Et sicut in 1. de generatione dicitur, quod quoniam ex ignobiliore generatur nobilior, est generatio simpliciter, & corruptio secundum quid; econverso autem, quoniam ex nobiliori ignobilior generatur. Et his tribus modis contingit esse in anima passionem: nam secundum receptionem tamen dicitur, quod sentire, & intelligere est quoddam pati. Passio autem cum abiectione non est, nisi secundum transmutationem corporalem; unde passio proprie dicta, non potest competere animae nisi per accidens, in quantum est compositum patitur. Sed in hoc est diversitas; nam quoniam homini transmutatio fit in deterius, magis proprie habet rationem passionis, quam

naturali mutatione, quia cordis motus intenditur, aut remittitur a suo naturali motu: & ex hoc illa opera anime, quae non sunt in camus eius passionibus, habet rationem & nomen passionis. Verum quia inter praeternaturales mutationes datur latitudo, & minus mala respectu, magis mala habet rationem melioris: ideo passiones illae, quae ad peius declinant, magis proprie passiones dicuntur. Declinat autem in peius mutationes illae, quae sunt materia passionum consistentium in fuga, seu retractione, ut timor & tristitia, quae illae, quae sunt materia passionum consistentium in extensione, seu prosecutione, ut amor & laetitia: quia vita humana consistit in vitali extensione cordis ad totum corpus. Et propterea in litera dicitur, quod tristitia habet magis rationem passionis, quam laetitia. Illa enim praeter naturalitatem solam intentionis motus, habet: illa ultra praeter naturalitatem remissionis motus, habet motum contrarium vitali extensioni cordis ad corporis partes. Ex eadem quoque radice, scilicet maioris recessus a naturali passione, quaecumque intentiones habent magis rationem passionis, quam remissione: motus enim corporalis maior ibi interuenit. Haec autem quae dicimus, notanter diximus absolute dici: quoniam si esset sermo non absolute, sed in ordine ad hunc melancholicum, vel sic quomodolibet dispositum, nihil prohibere videtur, quod transmutatio oppositae passionis, puta, laetitia, sit naturalis simpliciter etiam illi: praeternaturalis autem huic, sic, nunc, inuenio. Alteri enim extremo non solum extremum, sed medium opponitur: ut dicitur in 5. Phys. & motus cordis qui huic, nunc, sic &c. est intensior, simpliciter etiam ipsi bene disposito potest esse naturalis: ut

3. diff. 19. q. 2. ar. 1. Et utriusque 2. ar. 1. Et utriusque 1. & 2. cor.

q. 75. ar. 5.

ex. 19. 26. 28. & seq.

Lib. 6. cap. 22. inter primae & mediam.

Tex. 18. tom. 2.

vt infirmis videtur contingere, cum ad aliqualem latitudinem ex-
erati a cordis pressura leuantur. Signum autem, quod in omni
passione anima sit transmutatio, aliqua praternaturalis in cor-
de, est, nemine in passione eadem actualiter diuini perdurare,
sine corporali lassione aut curatione.

In responsione ad
primam & secundam
aduerte, quod quia
motus animi, qui uo-
cantur animae pas-
siones, scilicet amor,
timor, ira & alia hu-
iustmodi, habent ra-
tionem passionis pro-
prie, secundum quod
interuenit in eis ali-
qua transmutatio cor-
poralis: & huiusmo-
di transmutatio est
annexa motui ani-
mae: ideo huiusmo-
di actus appetitus ani-
malis habent quidem
rationem passionis ra-
tione annexi: habent
autem rationem ap-
petitui motus, & ta-
lis, puta, ira uel timor
secundum se: pro-
pter quod in littera
dicitur, quod anima
conuenit huiusmodi
pati per accidens: &
alibi, scilicet in 26.
quod est de veritate di-
citur, quod trahit, ti-
mere &c. conueniunt
anima per se: & re-
uera hoc habet com-
positum ratione ani-
mae, illud ratione cor-
poris.

Tex. 12. re-
mo.
Te-
mo.

Intra q. 41.
ar. 1. cor. Et
3. q. 15. ar. 4.
cor. Et uer-
q. 26. arti. 1.
corp. & ad
18. Et Dio. 3.
Ir. 5. Et 3.
eth. le. 5. fi.
& 1. Pe. le. 2.
Tex. 4. Te-
mo.

quando sit in melius: unde tri-
stitia magis proprie est passio,
quam laetitia.

Ad primum igitur dicendum,
quod patet secundum quod est cum
abiectione & transmutatione,
appetitus est materia: unde non in-
uenitur nisi in compositis ex ma-
teria & forma, sed pati putim-
portat receptionem solam, non est
necessarium quod sit materia, sed potest
esse cuiuscumque existentis in po-
tencia. At autem, etsi non sit compositum
ex materia & forma, habet tamen
aliquid potentialitatis, secundum
quam conuenit sibi recipere &
pati, secundum quod intelligitur,
pati, est, ut dicitur in 3. de anima.

Ad secundum dicendum, quod
pati & moueri, etsi non contem-
nunt animam per se, conuenit ta-
men ei per accidens, ut in 1. de
anima dicitur.

Ad tertium dicendum, quod ratio illa
procedit de passione quae est cum trans-
mutatione ad deteriorem: & huiusmodi
passio animae conuenire non potest nisi
per accidens: per se autem conuenit
composito, quod est corruptibile.

ARTICULVS II.

Utrum passio magis sit in parte appeti-
tina, quam in apprehensua.

Ad secundum sic proceditur.
Vbi quod passio magis sit in parte
animae apprehensua, quam in parte
appetitua. Quod non est primum in
quolibet genere, ut esse maxi-
mum illorum, quae sunt in gene-
re illo, & cum aliorum, ut dicitur in 2.
* Metaph. sed passio prius inue-

Super Questionis
viginti secunde Ar-
ticulum secundum.

In corpore arti. 2.
aduerte, quod cum
determinatum fuerit
in 1. articulo, quod mo-
tus animi habet ra-
tionem passionis, ex
adiuncta transmuta-
tione corporali, pu-
taret quispiam, quod
ex maiori propinqui-
tate ad huiusmodi
transmutationem, debuisset defini, an appetitua, uel apprehen-
sua pars sapiat passionem. Et licet hoc licitum fuisse, & eade co-
clusio ab auctore alibi ex hac radice habeatur, eo quod nulla uis
apprehensua causat transmutationem corporalem nisi mediante
appetitua: ac per hoc appetitua propinquior passioni magis ea
participat, ita quod materialiter cadat in eius rationem, ut in responsione
ad 3. in littera dicitur. Altius tamen exortus auctor ex propriis rati-
onibus motui apprehensuae & appetituae intentum uenatus est: ita
quod seclusa transmutatione corporali, inuenit appetituum motum ha-
bere magis rationem passionis. Cum enim secluso corpore pati consi-
stat in recipere ab agente, & trahi in illud: omne enim agens assimi-
lando sibi patiens, trahit illud ad se, & pars apprehensua minus
trahitur ad agens, quam pars appetitua: consequens est, quod passio-
nis contra dicta magis habeat rationem pars appetitua, quam apprehen-
sua. Et probatur minor in littera: quia pars apprehensua trahitur ab
agente ad hoc, ut sit ipsum secundum esse intentionale; pars uero
appetitua trahitur ab agente ad hoc, ut iungatur sibi secundum
esse naturale. Sed accidit dubitatio: quia aut hic est sermo de pas-
sione, ut est ab agente, aut contra, ut est sine ab agente, siue a fine.
Si primo modo, tunc ambigua uidetur ratio: quia de appetibili non mo-
uet effectiue appetitum, magna quod est. Si secundo modo, tunc nihil
ualet ratio: quia magis patitur qui proprie patitur, quam qui metapho-
rice: finis autem metaphorice agit. Ex hoc igitur quod appetitus ma-
gis trahitur ad suum obiectum, quam pars apprehensua ad suum, non
sequitur quod magis patitur: quoniam apprehensua patitur ue-

residens, a uere agente: appetitua autem non patitur uere.
Ad hoc dicitur, quod sumitur passio uere, & non metaphorice: &
quod appetibilis dicitur. Auer. in 2. Metaph. 36. secundum quod
est in anima, est agens desiderium, & trahit ad se finem, ut est in
re: ita quod differentia assignata in littera, consistit in hoc, quod

agens in partem ap-
prehensiuam, trahit
ipsum ad se in esse
intentionale, & hic si-
fit: ad hoc enim a-
ctio hae & passio or-
dinatur. Appetibile
autem agens in par-
tem appetiuam, tra-
hit ipsum effectiue ad
hoc, ut iungatur sibi
realiter, quous modo
conuenit: ita conui-
ctio realis: sufficit enim
quod passio illa
per se ordinetur ad
realem conuentionem.
Quod autem a
multis uertatur in du-
bium: an appetibile
agat in appetitum, eis
relinquatur haec du-
bitatio: nos enim ex-
perimur inerti nobis
a malis futuris appre-
hensis, timorem, a pre-
sentibus tristitiam, &
a delectabilibus con-
uentionis delectationem,
etiam si nolimus, si-
cut a sensibilibus sen-
tationes.

In responsione ad
primum, dubium oc-
currit, quia si in his
quae permanent ad de-
fectum, intentio non
attenditur aliquid ac-
cessum ad aliquod ma-
ius, oportet fallam
reddere, aut excipere
tam a doctrina tradi-
ta in 2. Metaph. al-
legata in argumentis,
quam in 1. posterio-
rum, scilicet, Prop-
ter quod unumquod
que tale, illud ma-
gis: deinde quia uide-
mus quod potentia
maior est penes ac-
cessum ad materiam
primam. Constat
autem potentiam de-

fectum sonare.
Ad hoc dicitur, quod doctrina hic tradita non solum dicta, sed
probata ratione est: quia scilicet, ratio primationis & defectus co-
sistit in hoc, scilicet, a recessu a perfecto. Regulare quippe est, quod
unumquodque est magis minus, tale secundum sui constitutionem
proprium latitudinem, ut patet inductiue. Defectiua igitur cum
constituatur per hoc, quod est deficere ab aliquo; quanto magis ab
illo deficitur, tanto magis erunt defectiua, hoc enim est propria
latitudo deficientis ut sic. Ex hoc autem quod defectiua ut sic,
penes maiorem elongationem a perfectione magis defectiua sunt:
consequens est, quod maior defectus non sit a minori defectu ut
propria causa, sed ex ipsa elongatione interuenit. Sicut enim in
perfectionibus intentio est penes accessum ad causam, quia per-
fectio effectus est ex causa: ita in malis defectus consequens est
set ex precedente in sua causa, ut propria causa defectus, ef-
fectus intenderetur secundum accessum ad causam. Et ex
hoc patet solutio primae obiectionis. In defectibus enim cau-
sa defectiua, non est propria causa effectus defectiui quod ad
defectum: sed ex hoc ipso quod magis elongatur a perfectio-
ri, magis defectiuum est. Unde licet pars apprehensua sit
causa appetitua, & potentialitas in apprehensua causet po-
tentialitatem in appetitua, maior tamen potentialitas inueni-
tur in appetitua ex hoc ipso, quod magis recedit ab actu
quam apprehensua: quod est dictum, quod potentialitas sua
non tota est a potentialitate apprehensua, sed ex necessitate
adu-
Cap. 1.
prim.
mo. 1.
trahit
trahit.

SED CONTRA est, quod Aug. dicit
in 9. de Ciuitate Dei, quod motus animi,
Graeci pathos, nostri autem, sicut Ci-
cero, perturbationes: quaedam affe-
ctiones uel affectus: quidam uero,
sicut in Graeco huius, expressius pas-
siones uocant, ex quo patet, quod pas-
siones animae sunt idem quod affe-
ctiones: sed affectiones mani-
feste pertinent ad partem appetiuam,
& non apprehensiuam: ergo &
passiones magis sunt in appeti-
tina, quam in apprehensua.

RESPOND. Dicendum, quod sicut iam
dictum est, notio passionis impor-
tatur, quod patiens trahatur ad id, quod
est agens. Magis autem trahitur
anima ad rem per uim appeti-
tinae, quam per uim apprehen-
suae; nam per uim appetituae anima
habet ordinem ad ipsas res, prout

Ad hoc dicitur, quod doctrina hic tradita non solum dicta, sed
probata ratione est: quia scilicet, ratio primationis & defectus co-
sistit in hoc, scilicet, a recessu a perfecto. Regulare quippe est, quod
unumquodque est magis minus, tale secundum sui constitutionem
proprium latitudinem, ut patet inductiue. Defectiua igitur cum
constituatur per hoc, quod est deficere ab aliquo; quanto magis ab
illo deficitur, tanto magis erunt defectiua, hoc enim est propria
latitudo deficientis ut sic. Ex hoc autem quod defectiua ut sic,
penes maiorem elongationem a perfectione magis defectiua sunt:
consequens est, quod maior defectus non sit a minori defectu ut
propria causa, sed ex ipsa elongatione interuenit. Sicut enim in
perfectionibus intentio est penes accessum ad causam, quia per-
fectio effectus est ex causa: ita in malis defectus consequens est
set ex precedente in sua causa, ut propria causa defectus, ef-
fectus intenderetur secundum accessum ad causam. Et ex
hoc patet solutio primae obiectionis. In defectibus enim cau-
sa defectiua, non est propria causa effectus defectiui quod ad
defectum: sed ex hoc ipso quod magis elongatur a perfectio-
ri, magis defectiuum est. Unde licet pars apprehensua sit
causa appetitua, & potentialitas in apprehensua causet po-
tentialitatem in appetitua, maior tamen potentialitas inueni-
tur in appetitua ex hoc ipso, quod magis recedit ab actu
quam apprehensua: quod est dictum, quod potentialitas sua
non tota est a potentialitate apprehensua, sed ex necessitate
adu-

aduens. Ad secundam autem obiectionem dicitur, quod quia, ve dicitur 10. Met. Mensura debet esse certissima. nihil prohibet quod ad nos defectus mensurari penes accessum ad aliquod positum summe deficient: sicut infirmitates maiores & minores dicitur per accessum ad mortem: & similiter potentia apud nos per accessum ad materiam primam, cum in rei veniente ille per recessum a vita, & iste per accessum ab actu, maiores vel minores sunt.

In responsione ad secundam, aduerte, quod non concedit author, quod vis appetitiva sit magis actiua simpliciter, sed quod ad principium actum exteriorum. Vis enim apprehensiva cum moueat appetitum est magis in actu simpliciter, & magis actiua quodammodo: appetituum autem efficacior est ad actum exteriorum, quia ei obediunt vires exercitiae, & quia primum mouens est ad exercitium actus: quod tamen totum, ve in litera dicitur, habet ex eodem, ex quo habet quod sit magis passiva: ex natura namque appetitus est, & quod tendat in bonum, in finem, in rem, secundum se ipsam. Constat namque quod ex hoc quod finis est obiectum appetitus, supremus appetitus habet, quod sit motus simpliciter ad exercitium, & inueraliter, quod appetitus mouet mebrat: patet ex tertio de anima.

Super Quaestiones vigesima secunda articulum tertium.

In articulo tertio dubium hic solendum occurrit, quod in pluribus locis moueri potest, & est dubium ad hominem, scilicet sanctum Thomam, scilicet, quo pacto ipse in prima parte, quaestio. 82. articulo quarto, ponit differentiam inter motionem intellectus a voluntate, & conuersio in hoc, quod intellectus finaliter, voluntas vero effectiue mouet. Et hic vult, quod bonum intellectum est, actuum in voluntatem.

Ad hoc dicitur, quod bonum apprehensum mouet appetitum dupliciter, effectiue scilicet & finaliter. Effectiue quidem, causando ipsum actum appetitus, finaliter uero, quoniam ipse actus in appetitu causatus tendit in bonum apprehensum, ut finem: differenter tamen apprehensum bonum causat utroque modo, quia ad causandum effectiue, virtus esse ut forma: ad causandum vero finaliter, virtus esse, ut esse, ut appetibile enim puta sanitas apprehensa ratione sui esse quasi forma, facit in appetitu desiderium sui ut sit in esse reali, iuxta illud Auerois in 12. Metaphysicae, commento 36. Balneum in anima agit desiderium, &c. Vnde in ser ceteras causalitates effectiuas & hanc, qua appetibile mouet

Appetitum, duplex est differentia. Prima licet occulta, est quia reliquis, forma est ratio agendi, unde & passum assimilatur agentis: in hac uero ut bonum inueniatur omnifariam, obiectum formale appetitus esse, induit rationem formae, unde appetitus non suscipit similitudinem agentis, sed conueniens sibi in ordine ad tale appetibile. Secunda est manifesta: quia in ceteris, causalitas effectiua non per se est nisi effectiua. In hac uero necessario ipsa effectiua, est finalis non per accidens, sed per se: quoniam per se effectus eius est actus per se tendens in causam illam ut finem. Propter quod Auerois in De substantia orbis, reprehendit dicentes, finem non esse agens, dicendo quod finis significat agens significatione necessarii. Quia uero causalitas ista non est, nec potest esse pure effectiua, sed est effectiua & finalis, cum numerata est contra finale a sancto Thoma in prima parte & alibi: quia autem in ueritate intuenit causalitas effectiua, ideo hic & alibi quodammodo exprimitur, quod bonum apprehensum, est actiuum, & appetitus, est passiuus &c. Est ergo differentia inter intellectum & voluntatem in mouendo in hoc, quod uoluntas mouet effectiue intellectum & alias animae vires quod ad exercitium actus, intellectus autem mouet illam finaliter, & cum hoc effectiue ad specificationem actus: & illa efficietia, quae necessario iungitur fini, propter quod, ut dictum est, finalis tantum causalitas expressa est. Quod autem haec sit authoris mens, non solum ex dictis nunc haberi potest, sed ex superius dictis, quod intellectus ratione obiecti mouet appetitum in genere causae formalis, de quo tamen nullus, de quo tamen nullus

& hoc habet ex hoc ipso, ex quo habet quod sit magis passiuus, scilicet, ex hoc quod, habet ordinem ad rem, prout est in seipsa: per actionem enim exteriorem, uenimus ad consequendas res.

Ad tertium dicendum, quod sicut in primo dictum est, dupliciter organum animae potest transmutari. Vno modo, transmutatione spiritali, secundum quod recipit intentionem rei. Et hoc per se inuenitur in actu apprehensiuo uirtutis sensitivae: sicut oculus immutatur a uisibili, non ita quod coloretur, sed ita quod recipiat intentionem coloris. Est autem & alia naturalis transmutatio organi, prout organum transmutatur, quantum ad suam naturalem dispositionem, puta quod calefit aut in frigidatur, uel alio modo simili transmutatur. Et huiusmodi transmutatio per accidens se habet ad actum apprehensiuum uirtutis sensitivae: puta cum oculus fatigatur ex forti intuitu, uel dissoluitur ex uoluntate uisibilis: sed ad actum appetitus sensitivae per se ordinatur huiusmodi transmutatio: unde in definitione motuum appetitivae partis, materialiter ponit aliqua naturalis transmutatio organi: sicut dicitur, quod ira est accensio sanguinis circa cor. Vnde patet, quod ratio passionis magis inuenitur in actu sensitivae uirtutis appetitivae, quam in actu sensitivae uirtutis apprehensivae, licet utraque sit actus organi corporalis.

ARTICVLVS III.
 Vtrum passio sit magis in appetitu sensitiuo, quam intellectu, qui dicitur uoluntas.

Ad tertium sic procedit. Vt, quod passio non magis sit in appetitu sensitiuo, quam in appetitu intellectiuo. Dicit enim Dionysius, ca. de di. no. quod Hierotheus ex quadam doctus diuiniore inspiratione non solum dicens, sed etiam patiens

In prima parte loco allegato sit mentio. Ex hoc enim habeo, quod si etiam cum dictione exclusiua, author dixisset intellectum mouere uoluntatem finaliter solum, adhuc starent, quae diximus, eo quod exclusio non fit a concomitantibus. Et ut dictum est, causam finalem concomitantur efficiens supradicto modo, & formalis respectu actuum, ut superius explanatum fuit.

Super Quaestiones vigesima secunda articulum tertium.

In articulo tertio dubium occurrit de hoc, quod est in primo articulo dictum est, quod in sola anima & appetitu intellectiuo, nulla est proprie passio. Est autem ratio dubii, quia Scotus in primo sententiae, dicitur prima, quaestio. 3. & in 4. sententiae, distinctio. 49. quaestio. 7. ponit in uoluntate non solum operationes, sed passiones spirituales.

p. p. q. 6. 78. ar. 3.

In ff. illius. ca. 2. par. 2.

spirituales. Et quantum ipse insinuat videtur, intendit, quod voluntas tunc operatur, quando contingit obiectum.

Tunc autem patitur, quando recipit ab obiecto, ita quod operatio coniungit potentiam obiecto, passio autem non, sed ab obiecto est, ut causa efficiente tantum. Nulla autem, hac ratione probat in generali: sed forte super ipsius passionis nomen inmixtum, & autoritate Aristotelis vsus, quod delectatio sequitur operationem, quasi per se notum accepit, quod fallum credimus. Passionis enim nomen in primis in immaterialibus, uel ad solam receptionem, ut in intellectu uel ad receptionem per modum rei, quae trahitur in aliud, ut in appetitu intellectiuo constat inueniri ex tertio de anima, & 5. Metaph. & hoc proprie loquendo. Metaphorice enim conuenimus actus voluntatis similes passionibus appetitus sensitiui vocare passiones, ut uelle uindictam, uocamus iram: & uelle malum alicui, uocamus odium. Et hac locutio multos, iudicio meo, fefellit. Quod aut delectatio sequatur operationem, hoc accidit ei in quantum est passio: non enim omnis passio sequitur sic operationem, immo stat, quod passio sit prima operatio appetitus, ut patet de amore. Et tu potes sic inspicere, quod dicimus. Amor est passio, immo prima omnium passionum, & tamen amor est operatio tam in appetitu sensitiuo, quam intellectiuo, ergo distinctio inter passionem, & operationem appetitus nulla est. Minor patet, quia amor maxime contingit obiectum, & apud Scotum est ipsa essentia beatitudinis.

Præterea, Delectatio est passio, & habet pro obiecto, & non solum pro causa, delectabile, ergo

diuina: sed passio diuinorum non potest pertinere ad appetitum sensitiuum, cuius obiectum est bonum sensibile: ergo passio est in appetitu intellectiuo, sicut & in sensitiuo.

¶ 2. Præter. Quando actiuum est potentius, tanto passio est fortior: sed obiectum appetitus intellectiuo, quod est bonum uniuersale, est potentius actiuum, quam obiectum appetitus sensitiui, quod est particulare bonum: ergo ratio passionis magis inuenitur in appetitu intellectiuo, quam in appetitu sensitiuo.

¶ 3. Præter. Gaudium, & amor, passiones quaedam esse dicuntur: sed hæc inueniuntur in appetitu intellectiuo, & non solum in sensitiuo: alioquin non attribuerentur in scripturis Deo, & angelis: ergo passiones non magis sunt in appetitu sensitiuo, quam in intellectu.

SED CONTRA est, quod dicit Damascenus in 2. lib. describens animales passiones: Passio est motus appetitus uirtutis sensibilis in imaginatione boni, uel mali: & aliter. Passio est motus irrationalis anime per susceptionem boni, & mali.

RESPON. Dicendum, quod sicut iam dictum est, Passio proprie inuenitur ubi est transmutatio corporalis, quae quidem inuenitur in actibus appetitus sensitiui, & non solum spiritualis, sicut est in apprehensione sensitiua, sed et naturalis. In actu autem appetitus intellectiuo non requiritur aliqua transmutatio corporalis: quia huiusmodi appetitus non est uirtus alicuius organi: unde patet, quod ratio passionis magis proprie inuenitur in actu appetitus sensitiui, quam intellectiuo, ut et patet per definitiones Damasceni inductas.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod passio diuinorum, ubi est affectio ad diuina, & coniunctio ad ipsa per amorem: quod tamen fit sine transmutatione corporali.

AD SECUNDUM dicendum, quod magnitudo passionis non solum dependet ex uirtute agentis, sed etiam ex passibilitate patientis, quia quae sunt bene passibilia, multum patiuntur etiam a paruis actiuis. Licet ergo obiectum appetitus intellectiuo sit magis actiuum, quam obiectum appetitus sensitiui, tamen appetitus sensitiuus est magis passiuus.

AD TERTIUM dicendum, quod amor & gaudium, & alia huiusmodi, cum attribuantur Deo, uel angelis, aut hominibus secundum appetitum intellectiuum, significant simplicem actum voluntatis cum similitudine

ne effectus absque passione. Unde dicit Augustinus non de ciuitate Dei. Sancti Angeli & sine ira puniunt, & sine misericordiae compassione subueniunt: & tamen istarum nomina passionum, consuetudine locutionis humanae et in eos usurpatur pro quanda operum similitudinem, non propter affectionum infirmitatem.

QVAESTIO XXIII.

De differentia passionum ab inuicem, in quatuor articulos diuisa.

DEINDE considerandum est de passionum differentia ab inuicem.

ET CIRCA hoc quaruntur quattuor.

¶ Primum, Vtrum passiones quae sunt in concupiscibili, sint diuersae ab his quae sunt in irascibili.

¶ Secundum, Vtrum contrarietates passionum irascibilis, sint secundum contrarietatem boni & mali.

¶ Tertium, Vtrum sit aliqua passio non habens contrarium.

¶ Quartum, Vtrum sint aliquae passiones differentes specie in eadem potentia, non contrariae ad inuicem.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum passiones, quae sunt in concupiscibili, sint diuersae ab his, quae sunt in irascibili.

AD PRIMUM sic proceditur. Videtur, quod passiones eadem sint in irascibili, & in concupiscibili. Dicitur enim Philosophus in secundo Ethicorum quod passiones animae sunt, quas sequitur gaudium & tristitia; sed gaudium & tristitia sunt in concupiscibili, ergo omnes passiones sunt in concupiscibili: non ergo sunt aliae in irascibili, & aliae in concupiscibili. ¶ 2. Præter. Matth. 13. super illud, Simile est regnum celorum fermento &c. dicit glossa Hieronimi. In ratione possideamus prudentiam, in irascibili odium uitiorum, in concupiscibili desiderium uirtutum: sed odium est in concupiscibili, sicut & amor cui contrariatur, ut dicitur in secundo Topicorum. ergo eadem passio est in concupiscibili, & irascibili. ¶ 3. Præter. Passiones & actus differunt specie secundum obiecta: sed passionum irascibilis & concupiscibilis eadem obiecta sunt. scilicet bonum & malum. ergo eadem passiones sunt irascibilis & concupiscibilis.

SED CONTRA. Diferentiarum potentiarum actus sunt specie diuersi, sicut uidere & audire: sed irascibilis est contra

delectatio est contra genus obiecto. probatur assumptum. quia uidens Deum, delectatur de Deo tanquam obiecto summo delectabili: & quod habet delectationem morosam, delectatur de re cogitata ut pi, ut obiecto delectabili ac si esset in re, & non solum, ut causa efficiente. Dicitur ergo, quod passiones in appetitu sensitiuo sunt ueræ operationes, causatae tamen ab appetibili, & habentes pro obiecto appetibile. Sed differentia consistit in hoc, quod in appetitu sensitiuo sunt permixtae cum passio ne corporali: in appetitu uero intellectiuo non: & per exclusionem huius compositionis dicuntur in eo simplices actus, similes tamen passionibus, scilicet appetitibus. Hec nunc inueniuntur in communi; in speciali autem inferius cum de delectatione & tristitia tractabitur, sermo erit.

Super Quaestione sigefimateria articulum primum.

CIRCA 1. articulum. quod 2. quia hic innotat distinctio passionum, aduertere oportet toto hoc tractatu seruari illud, Quodlibet profertente contraria sollicitum esse, stultum est. Dico autem hoc, quia non omnibus coeessum apparet, ut distinctio & proprie de huiusmodi passionibus locuti fuerint. Scotus in primis, ut in 3. sent. dist. 34. apparet, reprehendit dicentes, obiectum irascibilis esse actum, & uolens eius obiectum esse offendens, dicit quod semper quando irascibilis habet actum suum, est ibi nolle non solum concupiscibilis, sed irascibilis. Ex quibus manifeste apparet, quod apud ipsum, irascibilis nuncquam est respectu boni, sed mali tantum respiciendi, sustinendi, puniendi, & si quid aliud est huiusmodi: ac per hoc in ianuis irascibilis errant. Spes enim, quae est prima passio irascibilis, oportet quod negetur

es. 22. circa princ.

Ibid.

es. 1. d. 43.

In argum. Sed contra.

D. 278.